

CONSILIORVM,

siue iuris Responforum,

CLARISSIMI VIRI DOMINI
IOANNIS ANTONII LANARII,

Patritij, Iureconsultri Neapolitani,

Patroni causarum Primarij, Feudorum interpretis acutissimi, Sacri Regij Consilij
Consiliarij, Annona Praefecti, in Consilio Italico apud Catholicum,
& potentissimum Philippum Hispaniarum Neapolisq; Regem
Regentis dignissimi, Sacriq; Consilij demum Praesidis,
& Comitis Castri Sacchi,

Liber, in quo innumerae Quaestiones, praesertim feudales, doctissime enucleantur.

Nunc primum editus.

Cum Indice, Summarijs, & Argumentis, ab Octauio Lanario Iureconsulto eiusdem
Auctoris filio, nunc vero Regio Auditore in Prouincia Barrensi, summa
diligentia summoque studio compositis.

Ad Illustrissimum & Excellentissimum Comitem Oliuaris
Regni Proregem.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M D XCVIII.

Apud Franciscum de Franciscis Senensem.





ILLVSTRISSIMO,
ET EXCELLEN. DOMINO,
DON HENRICO GVZMAN
COMITI OLIVARIS PROREGE,
Locumtenenti, & Capiteo Generali in Regno Neap.
Domino suo Colendissimo

OCTAVIVS LANARIVS *felicitatem.*



Linea in patriam quæ maximè inter omnes eminet pietas, & in parentem, quæ mihi non multo videtur inferior obseruantia, & quæ a me tibi, Princeps Excellentissime summa debentur officia, diu noctuque meum animum acibus quibusdam quasi stimulis sodiunt atque sollicitant, vt his omnibus aliqua ratione satisfacere coner, non vt ijs beneficiorum vinculis atque oneribus, quæ mihi multo suauissima iucundissimaque sunt leuer aut exoluar, sed vt aliqua saltem ex parte pro meritis in me tuis, quæ maxima, & innumerabilia esse video, rependam aliquid, cuius officij tibi ac cæteris pariter a me persoluendi, nullum cõmodius tempus, nulla opportunior occasio excogitari poterat, quam hæc, istius quem tibi qualis qualis est, dico, & confecro paterni laboris fructum, & mei, libellum; Ioannes igitur Antonius Lanarius meus, vt scis, parens fuit, is maximus causarum patronus in hac Ciuitate habitus est, cumque, & moribus optimis esset præditus, & magnos cum in omni genere doctrinæ, tum præsertim in iuris prudentia progressus haberet, multos atque magnos honorum gradus est adeptus: nam, & Cardinalis cum Granucela, qui tum huic Regno pro Rege præerat in Coetum Consiliariorum adlegit; nec multo tempore post Ossunæ Dux eodem honore præditus, feudo-

obom

CONSILIORVM

SEV MAVIS

RESPONSORVM

CLARISSIMI IVRIVMQVE

CONSVLTISSIMI

VIRI

DOMINI IO. ANTONII LANARII

REGIAE MAIESTATIS CATHOLICAE

IN CONSILIO ITALICO REGENTIS

DIGNISSIMI,

LIBER.

SVMMARIVM.

- R**EX olim non successione, sed electione deserebatur, licet postea per successionem id factum sit, nu. 1. & 3. & in hoc tria tempora ex Ioanne le Cirier considerantur, num. 4. & de ratione, nu. 5.
- 6 Regnorum successio usque ad millesimum gradum porrigitur.
- 7 Regni successio an sit voluntaria, vel necessaria ex parte Regis regnantis.
- 8 Rex non potest auferre Regnum primogenito, & dare secundogenito sine causa, & an possit illum exheredare, num. 9.
- 10 Pater non potest Regnum dividere inter filios, nisi accedente voluntate filij primogeniti.
- 11 Filius primogenitus Regis non potest renunciare iuri primogeniturae in prauiudicium tertio geniti, & secundogeniti.
- 12 Rex non potest priuare alios consanguineos vocatos ad Regni successionem, si filios non habeat, & in Regno Portugallia, num. 13. & declaratur, num. 14.
- 13 Rex tenetur ad beneficium successorum in Regno conseruare indiuiduitatem ipsius Regni.
- 16 Rex non potest facere deteriore conditionem Regni, nec Regnum subijcere seruituti.
- 17 Papa in prauiudicium consanguineorum Regis, quibus Regni successio debetur, non potest regulariter filium Regis naturalem legitimare, etiam accedente voluntate ipsius Regis.
- 18 Rex successor non priuatur Regno, si est negligens in implendo iura annuum a die nominationis facta per Iudicem voluntatem Regis praedecessoris soluendo legata, & fidei commissum in testamento relicta.
- 19 Intell. rex an cap. licet, de voto.
- 20 Regnum totum est legitima primogeniti, de quo etiam nu. 21.
- 22 Feudatarius si in feudo hereditario instituit alium, quam illam, qui vocatur ad successionem ipsius, successor habebit illud, non obstante contraria voluntate defuncti.
- 23 Regnorum successio est necessaria ex parte Baronum, seu Magnatum, & populorum Regni.
- 24 Magnates Regni eligere possunt Regem, quando nullus superest successor in Regno, quod iure sanguinis deseruit.
- 25 Regnum Portugallia deseruit iure sanguinis.